

et omnia, quae superius dicta sunt observare neglexerit similiter centum libras auri componat, salva ex omni populo Veneticorum debita obedientia et singulorum hominum justitia, atque querela. Porro ut hoc verius credatur, diligentiusque observetur propria manu firmavimus, et annulo nostro jussimus sigillari.

Signum D. ✠ D. Guidonis S.^{mi} Imper. Augusti. — Moronius Presbiter, et Not.^s ad vicem Helbantj Archi Canc. recognovi. — Data XII Kal. Julias Anno Incarnationis Dom. DCCCXCI Indict. VIII^m Imperii D. Guidonis Ser.^{mi} Imperat. Augusti. — Actum Papiæ in Dei Nomine.

Dal libro *Blancus* all' i. r. Archivio di Casa, Corte e Stato.

VII.

(a pag. 229)

933

Patto di Wintkero marchese d' Istria (dal Trevisano).

In nomine etc. Regnante Domino nostro Ugone ser. Rege anno septimo, Lothario vero filio ejus in Dei nomine regnante anno secundo, duodecima mensis die martii, indictione sexta. Acto Rivoalto. Cum nos Vietkerius et homines nostri invasimus res, proprietatem de Patriarcatu vestri Gradensi, S. Ermachora, quas in finibus Pollanae et Istriae habet, et similiter res Palatii vestri Venetiarum, et de Episcopatu Venetiarum, quas ipse Palatius, et sui Episcopati in Polla, et in omnibus finibus Istriae habet, et debita quae Istrienses ad Veneticos solvere debeant, detinebamus, ut justitias minime invenire poterant venetici, et supraposita eis per Civitates imponebamus, et homicidia in Veneticos comprehendimus, et depredavimus, et homicidia in Veneticos fecimus, ut maxima lis inter nos, et Venetos accrevit propter hoc malum, quod in Veneticos exercuimus, Dominus Petrus glo-